



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis  
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

Super Mynderiching.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41527**

SVPER MYNDERICHING.  
IN NOMINE SANCTÆ ET  
individua Trinitatis.


V L HEINRICVS DIVINA FAVENTE  
clementia Rex.

**S**I Ecclesiæ DEI alicuius doni incremento ditare  
vel sublimare studuerimus, nobis id profuturum  
esse minimè dubitamus. Quapropter nouerit om-  
nium Christi fidelium nostrorumq; industria qua-  
liter ob remedium animæ nostræ, & interuentum dilecti Ab-  
batis nostri Godehardi suum iuge deuotumq; seruitum in-  
spicientes, monasterio suo Altaha dicto ad seruitum & ad  
usum fratrum DEI ibidem seruientium, in villa Mundri-  
chinga dicta, unam Ecclesiam cum dotali manso, & duabus  
partibus decimationis, ad eandem Ecclesiam pertinentibus, &  
in villa eadem alium mansum cum mancipiis Frudun & uxo-  
re ipsius & filii eorum, in Siffinchenouen autem tres mansos  
cum mancipiis in his habitantibus: in Mangoltingen verò  
superius molendinarium cum molendino, in pago VVonaul-  
govve, in Comitatu verò Ruotberti Comitus sitis, cum om-  
nibus appenditiis sive utilitatibus, quæ dici aut nominari pos-  
sunt, per hanc nostri præcepti paginam concedimus atq; largi-  
mum. Et de nostro iure ac domino in eorum ius ac dominium  
omnium transfundimus, ea quippe ratione, ut prædictus Ab-  
bas suiq; successores, unà cum fratribus inibi DEI famulantibus,  
de prenominato bono eius utensilibus de hinc liberam  
habeant potestatem ad communem usum fratrum, quidquid  
eis libuerit faciendi, omnium hominum contradictione remota.

Et ut



Et ut hec auctoritas nostra donationis stabilis & inconuulsa permaneat omni tempore, hoc praeceptum inde conscriptum manu propria roborantes sigilli nostri impressione insigniri iussimus. Data Octavo Idus Aprilis Indict. VII. Anno ab incarnatione Domini M. IX. Anno vero Domini Heinrici Secundi regnantis VIII. Actum Regenspurg. Amen.



SVPER APPATISTORE.  
IN NOMINE SANCTAE ET VII.  
individua Trinitatis.

HEINRICVS DIVINA FAVENTE  
clementia Rex.

**S**iquid nos Ecclesias Dei vel in eisdem servientes de nostris ditare studuerimus, procul dubio immarcessibile premium in futuro capessere credimus. Quia de re cunctis fidelibus nostris presentibus scilicet atque futuris notum esse volumus, qualiter nos aeterna vita desiderio inflammati tam pro remedio anima nostra, quam parentum nostrorum, nec non & interuentu dilectionis contextalis nostra Chunigundæ, & pro dilecti Altahensis Godchardi gratissimo obsequio, eidem Ecclesia, cui ipse praesesse videtur, in usum monachorum inibi Deo famularium in Marcha & Comitatu Heinrici Marchionis, decem regales mansos inter hos terminos fitos item in orientali plaga de illo vallo & duabus arboribus vulgo Felevun dictis, subtus villam Abbatorf dictam, usq; in fluuium Danubij, & inde rursus in latitudine usq; in occidentalem plagam, ad terminum ministerij Sigimates, Weride, in longitudine

K. verò,